



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Syllabus Titulorum, Capitem Ac Quæstionum Libri V. Decretalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

# SYLLABUS TITULORUM, CAPITUM AC QUÆSTIONUM LIBRI V. DECRETALIUM.

## TITULUS I. De Accusationibus, Inquisitionibus, Denunciationibus.

### CAPUT I. De variis modis procedendi contra criminosos, & in specie de accusatione.



*Quæst. 1. Quot modis causæ & actiones criminales deducantur in iudicium.*

*Quæst. 2. Delictum quodnam & quotupliciter notorium.*

*Quæst. 3. Quæ requirantur, ut Iudex non servato juris, seu processûs judicialis ordine contra crimina notoria procedat.*

*Quæst. 4. In quibus itaque in specie juris ordine non servato Iudex procedere possit ad dicta crimina notoria puniendâ.*

*Quæst. 5. Quodnam, & quotupliciter dicatur quis deprehensus in flagrante, & num contra eum procedi possit non servato juris ordine.*

*Quæst. 6. Accusatio qualiter desiniatur.*

*Quæst. 7. Quæ forma accusationis criminalis institueda.*

*Quæst. 8. Num accusationi præmittenda monitio, aut fraterna correctio.*

*Quæst. 9. Quinam criminaliter accusare possint.*

*Quæst. 10. Quinam accusare prohibeantur.*

*Quæst. 11. An plures simul eundem accusare possint.*

*Quæst. 12. Procuratores num accusare possint.*

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. V.

*Quæst. 13. Qualiter inhabites ad accusandum repelli possint & debeant ab accusando, ut non valeat processus.*

*Quæst. 14. An & qui obligentur accusare criminaliter.*

*Quæst. 15. Num accusatione inchoatâ desistere ab ea possit accusator, & quas pœnas desistens incurrat.*

*Quæst. 16. Quinam accusari possint, aut nequeant.*

*Quæst. 17. Num accusatus absolutus, vel condemnatus denuo de eodem delicto accusari possit.*

*Quæst. 18. Qui sint effectus accusationis, seu quas obligationes, favores vel odia causet respectu Iudicis, accusatoris, accusati.*

*Quæst. 19. Accusatore non probante, vel se absentante, vel mortuo & reo interim infamato, qualiter procedere debeat Iudex.*

*Quæst. 20. Accusatio quibus modis cesset, seu extinguatur ante latam sententiam, irrogatâque pœnam.*

### CAPUT II. De Denunciatione.

*Quæst. 21. Quid sit denunciatio in genere.*

*Quæst. 22. Quotuplex sit denunciatio.*

*Quæst. 23. An & qualiter denunciationi Evangelicæ præmittenda monitio secreta delinquentis.*

*Quæst. 24. Quinam charitative denunciare possint, aut etiam ad hoc obligentur.*

*Quæst. 25. Quenam delicta charitative denunciari possint.*

*Quæst. 26. Factâ denunciatione charitative qualiter procedere debeat Superior.*

*Quæst. 27. An & quando Superior delicta*

(A)

delicta occulta sibi charitative denunciata revelare, haustaque ex hac denunciatone scientia uti possit.

Quæst. 28. An & qualiter Prælati, Paterfamilias, Ludimagister constituere possit aliquos, qui suorum delicta observent ad charitative ea sibi denunciandum.

Quæst. 29. Qualiter charitative denunciatio in denunciando procedere debeat.

Quæst. 30. Quinam judicialiter denunciare & denunciari possint, aut non possint.

Quæst. 31. An & quinam obligentur ad denunciandum judicialiter citra præceptum Iudicis vel Superioris.

Quæst. 32. Respectu quorum delictorum sit obligatio denunciandi ea judicialiter orta ex interrogatione vel præcepto Superioris.

Quæst. 33. Quamdiu durent hæc edicta, eorumque obligatio post eorumdem promulgationem.

Quæst. 34. An denunciatoni judiciali præmittenda sit bina monitio charitativa.

Quæst. 35. Quenam requirantur ad legitime procedendum in denunciatone judiciali.

Quæst. 36. Quenam delicta judicialiter denunciari possint, vel non possint.

Quæst. 37. Coram quo fieri possit denunciatio judicialis, seu cujus sit eam admittere.

Quæst. 38. Facta denunciatone judiciali qualiter procedere possit ac debeat Iudex.

Quæst. 39. Quinam sint effectus denunciatonis judicialis.

### CAPUT III.

#### De Inquisitione.

Quæst. 40. Inquisitio quid sit, & quotuplex.

Quæst. 41. Quinam & contra quos inquirere possint, vel non possint.

Quæst. 42. De quibus delictis inquirere possit ex officio nemine accusante aut denunciante.

Quæst. 43. Fama & infamatio quæ & quotuplex, qualem probationem faciat, & quali ipsa probatione indigeat.

Quæst. 44. An & quando infamia prærequiratur ad inquirendum generaliter.

Quæst. 45. Ad inquisitionem mixtam an & qualiter prærequiratur infamatio.

Quæst. 46. An & quando prærequiratur infamia inquirendi ad inquisitionem specialem?

Quæst. 47. Ut procedatur ad inquisitionem specialem judicialem ex fama præsertim contra Prælatum, quæ requirantur.

Quæst. 48. An & qualiter ad inquisitionem specialem requiratur, ut constet de corpore delicti.

Quæst. 49. Quenam exprimenda in interrogatione, seu inquisitione speciali, ut valeat.

Quæst. 50. Quenam proponi debeant ei, qui inquiritur, & communicari.

Quæst. 51. An & quis ordo judicialis servandus in iudicio inquisitionis specialis, ut valeat.

Quæst. 52. An inquisitus & interrogatus teneatur dicere veritatem, aut liceat eum inducere blandis verbis, aliisque mediis ad eam dicendam, & num eidem imponi possit iuramentum de dicenda veritate, & quid, si perjurium committat.

Quæst. 53. Num in inquisitione speciali interrogari possit de sociis.

Quæst. 54. In quo loco & quibus sumptibus facienda inquisitio.

Quæst. 55. An & qualiter cesset inquisitio per supervenientem accusationem.

Quæst. 56. An & qualiter validetur inquisitio inepta per confessionem rei.

Quæst. 57. Quæ pœnâ puniatur delictum detectum & probatum viâ inquisitionis.

Quæst. 58. An & qualiter procedendum non servato juris ordine in delictis & malefactoribus notoriis.

Quæst. 59. An præter hos jam declaratos modos deducendi crimina in iudicium sint & alii, & qui illi.

Quæst. 60. Qualiter procedatur in delictis in flagrante comprehensis.

### TITULUS II.

#### De Calumniatoribus.

Quæst. 61. Calumniatio quid sit & quotuplex.

Quæst. 62. Quenam in specie sint præsumptiones ejusmodi.

Quæst. 63. Num causa jam enumerata liberent quoque accusatorem deficientem in probatione ab actione injuriarum.

Quæst. 64. Quenam sint pœnæ falso accusantis aut denunciantis, quem justa aliqua excusatio à dolo & animo calumniandi non excusat.

Quæst. 65. An & aliis modis quam calumniose accusando delinquant accusatores.

Quæst. 66. Qualiter punienda prævaricatio & tergiversatio.

Quæst. 67. Tergiversationis pœnæ qualiter

liter evitentur abolitione, quid ea sit & quotuplex, qualiter, à quibus & pro quibus concedatur, quis ejus effectus.

### TITULUS III.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur & promittatur.

#### CAPUT I.

De Simoniæ Origine, Natura & Varietate.

Quæst. 68. Simonia unde sic dicta, quid sit, seu qualiter definiatur.

Quæst. 69. Qualem malitiam continet Simonia, & in specie, num à mortali excuset parvitas materiæ.

Quæst. 70. Qualiter Simonia dividatur in eam, quæ est juris divini, & quæ est juris ecclesiastici.

Quæst. 71. Qualiter Simonia dividatur in mentalem, conventionalem & realem, & quæ singularum natura.

#### CAPUT II.

De materia Simoniæ, merce nimirum, quæ datur, & pretio, pro quo datur spirituale.

Quæst. 72. Quæ veniant in Simonia nomine mercis & pretii, & hoc quotuplex.

Quæst. 73. Qualiter committatur Simonia circumnere & intrinsecè spiritualia, puta gratiam, Sacramenta & Sacramentalia.

Quæst. 74. An & qualiter committatur Simonia dando vel exigendo quid temporale per modum stipendii pro administratione Sacramentorum & Sacramentalium, & aliorum actuum spiritualium præstatione.

Quæst. 75. Quid sit speciale circa temporale, tanquam stipendium pro legendis missis.

Quæst. 76. An & qualiter potestas jurisdictionis, seu jurisdictio ecclesiastica tam respectu fori interni, quam externi, uti & jurisdictio temporalis sit materia Simoniæ.

Quæst. 77. An & qualiter committatur Simonia exercendo vel omittendo actus jurisdictionis ecclesiasticæ, & in specie absolvendo, dispensando, assistendo matrimonii &c.

Quæst. 78. An Simoniacum sit dare & recipere temporale tanquam pretium pro præstito aut præstando patrocinio, etiam ferendo testimonio in causis spiritualibus.

Quæst. 79. An Simoniacum sit pro compensanda intercessione impensa ad obtinendum alteri beneficium, ordinem, dispensationem, similemve gratiam spiritualement dare quid temporale.

Quæst. 80. An Simoniacum sit pro precibus aut virtutis exercitio, aliòve bono opere supernaturali exigere, aut dare temporale, aut etiam sub spe obtinendi temporale orationes offerre.

Quæst. 81. An Simoniacum sit pro ingressu & receptione in Religionem exigere, aut recipere temporale quid.

Quæst. 82. Qualiter in concessione sepulture committatur vel non committatur Simonia.

Quæst. 83. An & qualiter committatur Simonia in doctore & promotione ad doctoratum & magisterium.

Quæst. 84. Donationes gratiæ an & qualiter sint materia Simoniæ.

Quæst. 85. An & qualiter circa jus percipiendi decimas ecclesiasticas committatur, aut non committatur Simonia.

#### CAPUT III.

Qualiter Simonia committatur in materia beneficii.

Quæst. 86. Qualiter committatur circa jus patronatus.

Quæst. 87. An & qualiter in præsentatione ad beneficia committatur Simonia.

Quæst. 88. Qualiter committatur vel non committatur Simonia in electione & postulatione.

Quæst. 89. An & qualiter committatur Simonia in collatione beneficiorum.

Quæst. 90. An & qualiter committatur Simonia in permutatione beneficiorum.

Quæst. 91. Qualiter Simonia committatur in reservatione, cessione & translatione pensionum.

Quæst. 92. An & qualiter committatur Simonia in resignatione beneficiorum.

Quæst. 93. An Simoniacum sit dare temporale quid ad redimendam vexam, ortam circa consecutionem vel possessionem beneficii.

Quæst. 94. An Simoniacum sit ab eo, qui de novo receptus in Canonicum pro vel in admissione in possessionem Canonicius vel beneficii, vel ad perceptionem distributionum antè vel post exigere, vel solvi quid temporale, v. g. pecuniam aliquam, vel partem fructuum primi anni, prandium vel convivium & similia pro Canonicis vel beneficiatis illius Ecclesiæ.

## CAPUT IV.

## De Amissione, Dimissione, Vacazione Beneficiorum simoniace obtentorum, &amp; Poenis Simoniacorum.

**Q**uest. 95. An & qualiter Simonia commissa in resignatione præjudicet resignanti, aut etiam commissa ab uno ex resignantibus noceat alteri ignorantibus.

**Q**uest. 96. An & qualiter & cui restituendum pretium acceptum in resignatione & collatione beneficiorum.

**Q**uest. 97. An & qualiter simoniace provisus de beneficio teneatur illud dimittere.

**Q**uest. 98. An ob Simoniam vacet beneficium, & reservetur Papa.

**Q**uest. 99. Simonia qualiter constare debeat, aut ea quomodo probetur in Ordine ad incurrendas poenas.

**Q**uest. 100. An & qualiter ob Simoniam mentalem & confidentialem infligatur privatio beneficiorum.

**Q**uest. 101. An & qualiter vacent beneficia ob Simoniam confidentialem.

**Q**uest. 102. An & qualiter de Simonia (& in specie de confidentiali) constare debeat, eaque probari in Ordine ad eam puniendam, impetrandumque beneficium, circa quod commissa.

**Q**uest. 103. An & qualiter ob Simoniam mentalem, & conventionalem realem infligantur privatio beneficiorum, aliaque poene.

**Q**uest. 104. Ob Simoniam confidentialem qualiter inducantur privatio beneficiorum, aliaque poene.

**Q**uest. 105. Quae poene incurrantur propter commissam Simoniam realem circa beneficia ecclesiastica.

**Q**uest. 106. Quae poene Simoniae in casu, quo quis beneficium obtinuit per Simoniam ab alio commissam.

**Q**uest. 107. Quae poene Simoniae commissae circa susceptionem & collationem Ordinum.

**Q**uest. 108. Quae poene in jure statuta contra Simoniam admissam in Religionis ingressu.

**Q**uest. 109. Quis sit Iudex competens in crimine Simoniae.

**Q**uest. 110. Quisnam possit esse accusator & testis in hoc crimine.

**Q**uest. 111. Quinam absolvere possint ab excommunicatione, suspensione & depositione incursum ob Simoniam.

**Q**uest. 112. Quis tollere possit inhabilitatem Simoniaci ad retinendum, vel denuo obtinendum beneficium simoniace obtentum.

**Q**uest. 113. Quis absolvere possit ab interdicto ingrediendi Ecclesiam incursum a simoniace ordinante.

**Q**uest. 114. An & ex quibus causis Papa dispensare soleat in poenis Simoniae.

**Q**uest. 115. An hoc ipso, quod Papa inhabili conferat beneficium, censeatur cum illo dispensare.

**Q**uest. 116. Quò recurrendum pro petenda & obtinenda absolutione & dispensatione a poenis Simoniae, & qualiter concipienda supplicatio.

**Q**uest. 117. Quae forma servanda in ipsa absolutione & dispensatione, ejusque executione.

## TITULUS IV.

## Ne Praelati Vices suas vel Ecclesias sub annuo censu aliis relinquunt.

**Q**uest. 118. An & qualiter Praelati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu aliis relinquere possint.

**Q**uest. 119. Num possessiones, redditus Ecclesiae, fructusque beneficiorum pro annuo censu elocari possint.

**Q**uest. 120. Quae poena constituta contra dictam prohibitionem concedentibus & recipientibus jurisdictionem exercendam pro pretio, seu annuo censu ejusve exercitium.

**Q**uest. 121. Qualiter Papa sine Simonia exigat & recipiat annatas.

## TITULUS V.

## De Magistris, &amp; ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

**Q**uest. 122. Litteratorum gradus quotuplices sint, & quid singuli important.

**Q**uest. 123. Penes quos sit hos gradus litterarios decernendi & conferendi potestas.

**Q**uest. 124. Qualiter & quale promotioni ad dictos gradus præmittendum examen.

**Q**uest. 125. An & quibus privilegiis fruuntur Magistri, seu Doctores & Licentiati, vel etiam studentes his facultatibus.

**Q**uest. 126. Quis inter Doctores ordo quo ad præcedentiam in situ, in sessione, in congressibus, latione suffragiorum &c. servandus.

**Q**uest. 127. Num illicitum & simoniacum sit dare, vel exigere aut recipere aliquid pro datione licentiae docendi.

**Q**uest. 128. Num illicitum sit & simonia.

moniacum pro ipsa doctore & officio do-  
cendi recipere stipendium pecuniarium.

## TITULUS VI.

De Judæis & Saracenis, &  
eorum servis.

Quaest. 129. Judæi & Saraceni qui sint,  
& unde dicantur.

Quaest. 130. Num Judæi licite in lo-  
cis Christianorum à Principibus Christia-  
nis recipiantur, receptique tolerantur, &  
Synagogas suas habeant.

Quaest. 131. Qualis communicatio cum  
Judæis prohibita sit Christianis.

Quaest. 132. An & qualiter liceat Ju-  
dæis habere servum, vel mancipium Chri-  
stianum.

Quaest. 133. Num prohibitum Chri-  
stianis feminis, esse obstetrices & nutrices  
infantium Judæorum.

Quaest. 134. An liceat Christianis ven-  
dendo, emendo contractus celebrare cum  
Judæis.

Quaest. 135. Num Judæi fungi possint  
officio publico, & capaces sint Jurisdictio-  
nis inter Christianos, & quid de hoc quo  
ad Neophytos.

Quaest. 136. Num Judæi possint esse  
legatarii, & institui hæredes à Chri-  
stianis.

Quaest. 137. Num Judæus inter Chri-  
stianos habere possit bona stabilia.

Quaest. 138. An instituire possint actio-  
nes, & coram quo.

Quaest. 139. An filius Judæi conver-  
sus & baptizatus succedat patri in bonis  
jure hæreditario.

Quaest. 140. Num licite Judæorum  
Cemiteria violari possint, & quæ ea vio-  
lantium pœna.

Quaest. 141. Num Principes Christia-  
ni subjectos sibi Judæos, Saracenos, aliòs-  
que infideles cogere possint ad fidem vel  
baptismum, aut eorum infantes iisdem in-  
vitis curare baptizari.

Quaest. 142. An & qualiter Judæi ha-  
bitum distinctum à Christianis ferre te-  
neantur, & ritus suos servare permit-  
tantur.

Quaest. 143. Num liceat Judæis exer-  
cere usuras.

Quaest. 144. An & sub quibus pœnis  
prohibitum Christianis deferre arma,  
aliasque merces Saracenis.

Quaest. 145. An licitum sit Judæis non  
subditis, aliisque infidelibus ob solam in-  
fidelitatem aut idololatriam inferre bel-  
lum, eosque spoliare terris & possessioni-  
bus suis, & e contra fœdus cum illis  
inire.

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. V.

Quaest. 146. A quo Judæi & delin-  
quentes possint ac debeant puniri.

Quaest. 147. Utrum Judæi, aliique in-  
fideles confugientes ad Ecclesias gaudeant  
immunitate Asyli.

## TITULUS VII.

## De Hæreticis.

## CAPUT I.

De Hæresi & Hæreticis, eorumque  
credentibus, receptoribus,  
fautoribus.

Quaest. 148. Hæresis unde dicta, & quid  
sit.

Quaest. 149. An dissentiens speciali re-  
velationi sit Hæreticus punibilis ab Ec-  
clesia.

Quaest. 150. An solo verbo aut facto  
dissentiens, interius verò verum retinens,  
sit Hæreticus punibilis ab Ecclesia.

Quaest. 151. Num Hæreticus sit tenens  
verum, dum putat, esse illud contra fidem.

Quaest. 152. Quotuplex sit Hæresis.

Quaest. 153. An & qualiter prohibi-  
tum communicare cum Hæreticis.

Quaest. 154. An, quibus & quando li-  
ceat Catholicis disputare cum Hæreticis.

Quaest. 155. An & qualiter tolerandi  
Hæretici, iisque concedendum Religionis  
sue liberum exercitium.

Quaest. 156. An & qualiter Princi-  
pes Catholici possint ad bellum gerendum,  
aut quod de facto geritur, fœdus inire  
cum Hæreticis, aliisque infidelibus, de  
prebendo iis auxilio, contra alios Princi-  
pes, præsertim Catholicos.

Quaest. 157. Nomine librorum Hære-  
ticorum qui veniant, & an & qualiter  
eorum impressio, lectio, retentio, defensio  
sit prohibita.

Quaest. 158. Quid sentiendum de Bul-  
la Cœne, num in ordine ad prohibitionem  
& censuras in libris jam enumeratis con-  
tentas sit ubique in rigore recepta.

Quaest. 159. Quinam dicantur cre-  
dentes, receptatores, fautores Hæreti-  
corum.

## CAPUT II.

De Pœnis ecclesiasticis & tempo-  
ralibus Hæreticorum.

Quaest. 160. An & quæ Hæresis incur-  
rat pœnas ecclesiasticas jure canoni-  
co statutas.

Quaest. 161. In specie an & qualiter  
ob Hæresin incurratur excommunicatio ab  
Hæreticis & credentibus, receptoribus,  
fautoribus eorundem.

(B)

Quaest.

*Quaest. 162. An & qualiter ob Hæresin, Hæreticorumque fautoriam, receptionem, defensionem incurratur irregularitas.*

*Quaest. 163. Num Hæretici, eorumque credentes, fautores priventur officiis & beneficiis ecclesiasticis ante Hæresin legitime obtentis.*

*Quaest. 164. An igitur etiam Clericus lapsus in Hæresin, & mox sincere conversus sit privandus officiis & beneficiis.*

*Quaest. 165. Quid sentiendum de filiis & nepotibus Hæreticorum, eorumque credentium, receptatorum, fautorum &c. quò ad irregularitatem ad Ordines, tam ad obtinenda, quàm retinenda beneficia, & officia ecclesiastica.*

*Quaest. 166. An & qualiter incurrant infamiam Hæretici, credentes, fautores, receptores & filii eorum.*

*Quaest. 167. An & quando Hæretici, eorum credentes, receptores priventur sepulturâ ecclesiasticâ, & quæ pœnæ sepelientium illos.*

*Quaest. 168. Degradatio Hæreticorum quid sit, coram & à quibus qualiterque infligenda ob Hæresin, & qualiter evitanda.*

*Quaest. 169. Quæ pœna ecclesiastica statuta de Hæresi suspectis.*

*Quaest. 170. An quoque de jure civili incurrant infamiam & inhabilitatem ad honores & officia, & actus civiles.*

*Quaest. 171. An & qualiter Hæretici sint intestabiles, institui Heredes, & ab intestato succedere nequeant.*

*Quaest. 172. An & qualiter confiscatio honorum sit pœna Hæreticorum, & qualiter fieri possit, & cui bona confiscata applicanda.*

*Quaest. 173. Quenam bona Hæreticorum obnoxia confiscationi, quenam non.*

*Quaest. 174. An & qualiter ob Hæresin pater privetur potestate patriâ.*

*Quaest. 175. Num Hæreticus privetur dominio servorum.*

*Quaest. 176. An & qualiter Hæretici priventur quoque aliis juribus & obligationibus, quibus alios sibi obstrictos habent.*

*Quaest. 177. An & qualiter pœna Hæreticorum sit destructio domus, in qua exercita hæreticalia.*

*Quaest. 178. An & qui Hæretici pœnâ pecuniariâ puniri possint.*

*Quaest. 179. An & quibus Hæreticis imponi possit pœna carceris.*

*Quaest. 180. Hæretici an & qualiter, & qui puniendi ultimo supplicio.*

*Quaest. 181. Num Hæretici quoque in Germania & Romano Imperio subiecti sint*

*pœnis temporalibus & corporalibus hæc usque enumeratis.*

### CAPUT III.

De Judice in causa Hæresis, modoque procedendi in ea.

*Quaest. 182. An & qualiter nullus Laicus, sed solus Ecclesiasticus esse possit Iudex in causis fidei.*

*Quaest. 183. Quinam in specie sint Iudices in causa Hæresis.*

*Quaest. 184. Inquisitores fidei an, unde & qualiter, in quibus causis, & respectu quorum, & an vices suas committere possint alii, & adungere alios in consilium, sint Iudices.*

*Quaest. 185. An, qualiter & quando, dum in diœcesi constituti sunt Inquisitores, hi in causis Hæresis simul cum Episcopis diœcesanis, vel separatim ab iis procedere possint aut debeant, vel etiam, dum plures in provincia Inquisitores, quilibet eorum sine alio procedere possit.*

*Quaest. 186. Qualiter exspiret officium Inquisitoris Hæreticæ pravitatis, & qualiter Inquisitor revocari possit.*

*Quaest. 187. Inquisitores delinquentes a quo puniendi.*

*Quaest. 188. Qualiter procedendum in causa Hæresis.*

*Quaest. 189. An & qualiter probatio Hæresis ad condemnandum de ea aliquem requiratur.*

*Quaest. 190. An, qui, ad quid, quando & qualiter adhiberi possint testes ad probandum in causa Hæresis.*

*Quaest. 191. Quando & qualiter hi testes examinandi, eorumque testimonium publicandum, & si falsum dixerint, puniendi.*

*Quaest. 192. An & qualiter tortura adhiberi possit in crimine Hæresis, & qualiter eâ peractâ procedendum cum reo.*

*Quaest. 193. An & qualiter Inquisitores, aliique Iudices ecclesiastici tradentes Hæreticum Iudici seculari, incurrant irregularitatem.*

*Quaest. 194. Qualiter ab Hæretico fieri debeat abjuratio Hæresis.*

*Quaest. 195. An & qualiter procedendum contra Hæreticum defunctum.*

*Quaest. 196. Qualiter sententia ferenda in crimine Hæresis.*

*Quaest. 197. An, quando & ad quem in crimine Hæresis interponi & admitti possit interpellatio.*

*Quaest. 198. Hæreticus absolutus pro foro conscientie an & qualiter adhuc puniri possit pro foro externo.*

*Quaest. 199. Ab Hæresi annexaque ei*  
excom.

excommunicatione, an & qualiter absol-  
vere possint Episcopi.

Quaest. 200. Num potestas à Trid.  
concessa Episcopis, aliisque nomine illo-  
rum venientibus absolvendi à casibus re-  
servatis Pontifici, ac specialiter ab Hæresi  
occulta, si revocata per Bullam Cæne in  
clausula ultima.

Quaest. 201. Utrum Episcopi in Re-  
gionibus ab urberemotioribus ob difficulta-  
tem adeundi Pontificem, tuto sectari pos-  
sint sententiam priorem, & absolvere Lu-  
theranos & Calvinistas ab Hæresi occulta  
in foro conscientie per se vel Legatos  
suos jure ordinario & secuso omni privi-  
legio.

Quaest. 202. Quid possint Episcopi  
quò ad absolutionem pro foro externo.

Quaest. 203. Quid possint Inquisito-  
res quò ad absolvendum ab Hæresi.

Quaest. 204. Quid vi Privilegii Apo-  
stolici circa absolutionem ab Hæresi possint  
Religiosi, & in specie Societatis Jesu, &  
vi concessi Jubilei aliis quicumque Confes-  
sarii approbati.

Quaest. 205. Quinam & quibus con-  
ditionibus absolvere possint ab Hæresi pro  
articulo mortis.

## TITULUS VIII.

### De Schismaticis & Ordina- tis ab eis.

Quaest. 206. Schisma quid sit & quo-  
tuplex.

Quaest. 207. Quenam sint pœnæ Schi-  
smaticorum.

Quaest. 208. Num Ordinationes à Schi-  
smaticis factæ, aliique actus & gesta per  
eos sint valida, & quam pœnam juris in-  
currant, qui Ordines ab iis receperunt.

## TITULUS IX.

### De Apostatis & Reiteranti- bus Baptisma.

Quaest. 209. Apostasia quid & quo-  
tuplex.

Quaest. 210. Quenam sint pœnæ Apo-  
statarum.

Quaest. 211. Quinam intelligantur  
hic per rebaptizantes, seu iterantes Ba-  
ptisma.

Quaest. 212. Quæ pœna rebaptizan-  
tium, & scienter rebaptizatorum.

Quaest. 213. Num dictam irregulari-  
tatem incurrat iterato scienter conferens  
alicui Sacramentum Confirmationis, aut  
illud suscipiens.

## TITULUS X.

### De his, qui filios occiderunt.

Quaest. 214. Quinam veniant hoc ti-  
tulo.

Quaest. 215. Quenam pœna parrici-  
dii.

Quaest. 216. Quid sit circa infantes,  
qui mortui reperiuntur cum patre & ma-  
tre cubantes in eodem lecto.

Quaest. 217. Quæ specialiter statutæ  
pœnæ procurantibus abortum.

## TITULUS XI.

### De Infantibus & Languidis expositis.

Quaest. 218. Quinam hic intelligen-  
tur per Infantes & Languidos ex-  
positos.

Quaest. 219. An & quando peccent,  
aut non peccent, qui Infantes exponunt.

Quaest. 220. Quæ pœna exponentium  
Infantes.

Quaest. 221. A quo alimentandi &  
educandi Infantes expositi, quorum pa-  
rentes ignorantur? & quid juris aut on-  
eris accrescat ex obligatione vel charitate  
expositum assumentibus & educantibus.

Quaest. 222. Utrum Infantes expositi,  
quorum parentes non agnoscuntur, habendi  
sint pro legitimis.

## TITULUS XII.

### De Homicidio Voluntario & Casuali.

#### CAPUT I.

#### De Homicidio in genere, & in spe- cie de pœnis homicidii injusti.

Quaest. 223. Homicidium quid sit.

Quaest. 224. Quotuplex sit Homi-  
cidium.

Quaest. 225. Quenam pœna statuta  
Homicidio injusto.

Quaest. 226. An injuste mandans ali-  
quem occidi incurrat irregularitatem,  
aliasque pœnas statutas Homicidis.

Quaest. 227. An & qualiter consulens  
seu suadens Homicidium injustum, consen-  
tens in illud, vel approbans illud, aut ra-  
tiahabens incurrat irregularitatem, alias-  
que pœnas Homicidii.

Quaest. 228. An & qualiter cooperan-  
tes ad Homicidium præstando opem occiso-  
ri incurrant irregularitatem, ordinarias-  
que pœnas Homicidii.

Quaest. 229. Utrum non impediens Ho-  
micidium, dum potest ac debet, incurrat  
irregularitatem.

(B) 2

CAPUT

## CAPUT II.

De homicidio casuali & deliberato injusto & necessario ad sui defensionem.

*Quaest. 230.* An & quando ex homicidio casuali incurrantur irregularitates aliaque poena.

*Quaest. 231.* Num ob homicidium casuale secutum ex opere illicito inducatur irregularitas aliaque poena juris, dum debita diligentia non omissa.

*Quaest. 232.* An & qualiter in dubio commissi homicidii quis censendus irregularis.

*Quaest. 233.* Num liceat interficere iniquum accusatorem, falsos testes, à quibus imminet falsa accusatio & testificatio, & Judicem, à quo pronuntianda injusta sententia.

*Quaest. 234.* Num occidens aggressorem, quem prius iniquè ad aggrediendum incitavit, fiat irregularis.

*Quaest. 235.* Quodnam propriè & specialiter hic dicatur deliberatum homicidium.

*Quaest. 236.* An & qualiter specialiter puniantur rei homicidii deliberati, & num excludantur ab asylo locorum sacrorum.

*Quaest. 237.* Ex insidiis patratum homicidium quod sit, quas poenas incurrat, & num defendatur asylo.

*Quaest. 238.* Homicidium proditorium quid, & quotuplex, & num privet immunitate asyli.

*Quaest. 239.* Homicidium assassinum quodnam dicatur, & quae poene praeter privationem immunitatis ecclesiasticae ei statuta.

*Quaest. 240.* An ob homicidium factum ad defensionem propriae vitae & membrorum incurratur irregularitas.

*Quaest. 241.* An etiam pro defensione vitae & membrorum parentum, prolium, fratrum conjunctorum imò & extraneorum innocentium liceat injustum aggressorem occidere cum moderamine inculpatae tutelae.

*Quaest. 242.* An licitum sit ad defensionem proprii honoris & famae, dum caliter salvari nequit, injustum illius invasorem occidere vel mutilare, & exinde non contrahatur irregularitas.

*Quaest. 243.* Num licitum sit ob defensionem honorum temporalium occidere injustum illorum invasorem, idque fiat absque eo, quod incurratur irregularitas.

## CAPUT III.

De homicidio justo & licito privata aut publica auctoritate commisso & irregularitate inde proveniente.

*Quaest. 244.* An & à quo justè & licitè occidi possit adulter.

*Quaest. 245.* Num & quando licitum sit occidere bannitum.

*Quaest. 246.* Num liceat bannito se defendere contra aggressorem suum.

*Quaest. 247.* Num licitum bannitum occidere proditorie.

*Quaest. 248.* Num valeat alicubi indultum statutum impune offendendi & occidendi bannitos.

*Quaest. 249.* Num occidens, quem ignorabat bannitum, gaudeat beneficio talis statuti.

*Quaest. 250.* An & qualiter licitum sit occidere.

*Quaest. 251.* Qualiter contrahatur irregularitas ex homicidio commisso in bello.

*Quaest. 252.* An & qualem potestatem seu jus habeat ad occidendum subditum respublica seu magistratus.

*Quaest. 253.* An & qui cooperantes ad mortem justam rei incurrant irregularitatem.

*Quaest. 254.* An & qualiter accusator criminis contrahat irregularitatem.

*Quaest. 255.* An & quando testes in causa sanguinis fiant irregulares.

*Quaest. 256.* An & quando Advocatus in causa sanguinis fiat irregularis.

*Quaest. 257.* An & qualiter Notarii, aliique qui sententiam sanguinis scribunt, subscribunt, subsignant, legunt, publicant, item executores sententiae & justitiae ministri sint irregulares.

*Quaest. 258.* Num clerici interessendo ultimo supplicio rei illud purè spectandi gratia fiant irregulares, aut peccent.

*Quaest. 259.* An & quando Judices, Assessores, Consultores similesque ferendo aut proferendo sententiam mortis aut mutilationis incurrant irregularitatem.

*Quaest. 260.* Quid sit de contrahenda irregularitate circa Theologos, Canonistas, Legistas, Confessarium, aliosque interrogatos à Judice super causa sanguinis.

*Quaest. 261.* Quid sit circa Confessarium negantem suam alicui nolenti condemnare absolutionem, vel etiam obligantem poenitentem ad fatendum crimen in judicio.

*Quaest. 262.* Ex qua mutilatione oritur irregularitas.

*Quaest. 263.* Quid Papa possit circa dispensationem

dispensandum in irregularitate proveniente ex homicidio vel mutilatione.

Quaest. 264. Quid possit vel non possit Episcopus circa dispensandum ab hac irregularitate.

Quaest. 265. Quinam inferiores Episcopo dispensare possint in irregularitate orta ex homicidio & mutilatione.

## TITULUS XIII.

### De Torneamentis.

Quaest. 266. Torneamenta quid sint & quotuplicia.

Quaest. 267. An & quanam torneamenta prohibita.

Quaest. 268. Quanam poenae statutae exercentibus torneamenta.

## TITULUS XIV.

### De Clericis pugnantis in duello.

Quaest. 269. Quid & quotuplex sit duellum.

Quaest. 270. An & qualia duella illicita sint.

Quaest. 271. In quibus casibus licitum sit, & honestetur duellum.

Quaest. 272. Quae poenae illicitè duellantibus jure civili statutae.

Quaest. 273. Quae poenae jure canonico statutae tam praestantibus favorem, auxiliium, consilium, praesentiam duellantibus quam per se ipsos congregantibus.

Quaest. 274. Quae poenae specialiter statutae clericis duellantibus.

## TITULUS XV.

### De Sagittariis.

Quaest. 275. Quinam intelligantur hic nomine Sagittariorum, & quid jura circa illos statuant.

## TITULUS XVI.

### De Adulterio & Stupro.

#### CAPUT I.

##### De Adulterio.

Quaest. 276. Adulterium improprie & proprie quid sit & quotuplex.

Quaest. 277. Conjuges facto divortio an & quando committunt adulterium.

Quaest. 278. An & quando committatur adulterium cum sponsa alterius.

Quaest. 279. Quinam, & quo ordine admittantur ad accusationem adulterii.

Quaest. 280. An quoque & qualiter adulterium mariti accusare possit uxor.

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. V.

Quaest. 281. Quinam accusari possint de adulterio.

Quaest. 282. Intra quod tempus accusatio adulterii instituenda.

